



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

275. feria 3. de gaudio spiritûs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

ecost.
ac per-
pilia, &
nendo,
juxta
quem
jecunt.
I. La-
Eadem
edi.
stines
os, fo-
abiles,
domini
o no-
us, &
amus
ardua
com-
qui in
fleuit
ndo,
o, co-
rian-
edit,
dem
pu-
t sa-
liffi.
ejus
iat;

Feria 2. Domin. 15. post Pentecost. 489
sunt: 1. Pericula mortis, & mortem ipsam
animosè excipere. 2. pericula & eventus mo-
lestos ac acerbos propter defensionem Vir-
tutis tolerare. 3. Mentem in adversis, ne ter-
reatur, confortare. 4. Laborare ut semper
exerceatur Fortitudo in bonis, licet multa
obstant, nec vincatur malis. 5. Tentationes
dæmonis ferre & rejicere, nec ob eas dimo-
veri à præceptis, vel consilijs Evangelicis. 6.
Ardua ob protectionem aggredi, & in Deo
adjuvante confidere. 7. Mentis tranquilli-
tatem in adversis conservare, & gaudere in
tribulatione. 8. Pericula, & molestias, quas
omnes vires nostras excedunt, sine anxietate
vitare, & nos, si absque scandalo possimus
custodire.

MEDITATIO CCLXXV.

Feria 3. Domin. 15. post Pentecost

De gaudio spiritûs.

Aspiciam Dominum IESVM exultantem
in Spiritu sancto, veri gaudij Auctorem,
Luc. 10. Petam ejus fieri particeps.

Cons 1. Quòd gaudium sit affectus volun-
tatis de præsentia Dei in bonis per gratiam.

Cons 2. Actus gaudij spiritualis 1. Latari
de assistentia per essentiam, præsentiamque
omnem divinam, de unione hypostatica,
de præsentia Christi in sacratissima Eucha-

X 5

ristia,

490 FERIA 3. DOMIN. 15. POST PENTECOST.
ristia, de inspiratione Spiritûs sancti, quâ
movemur ad usum rectum Sacramentorum,
de gratia nostra, & proximorum, de gloria
æterna, ejus Spem in sinu habemus repo-
sitam. Ita Christus amator hominum gau-
debat, videns plurimos per Apostolos con-
vertendos. Luc. 10.

Conf. 3. Gaudium D Augustini his verbis
expressum: Manual. cap. 12. *Christus Deus
meus, mel dulce, lac niveum, cibus, & gaudium!*
Quis præsentia & possessio rei amabilis cer-
tissima gaudij est causa: sed omnium ama-
bilitum Deus est Princeps, & nobis tot modis
præsens. Igitur in Domino semper gaudebo.
Si non volo vanè gaudere, ut ait August.
9. Confess. 4. *Volentes gaudere forinsecus
facile tranescunt.*

MEDITATIO CCLXXVI.

FERIA 4. DOMIN. 15. POST PENTECOST.
De Gratitude.

Aspiciam Dominum IESVM gratum erga
se beneficos, hinc turbam se sequentem
bis illustri miraculo pascit, & confitenti se
Petro: *Tu es Christus, &c.* Vicissim pronuntiat
beatum Matth. 16. Petam similiter DEO
esse gratus.

Conf. 1. Quòd gratitudo sit virtus, quâ
beneficia à proximis accepta cognoscimus,
lauda-